Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

est in sancto suo: letabor et partibor: sicimā et convallē tabernaculorū metabor.
Meus est galaad et meus est manasses: et effraym fortitudo capitis mei.
Juda rex meus: moab olla spei mee.
In idumeā extendā calciamentū meum: mihi alienigene subditi sūt. Quis deducet me in civitatē munitā: quis deducet me usq; in idumeā. Nonne tu deus qui repulisti nos. et non egredieris deus in virtutibus nris. Da nobis auxilium de tribulatōe: quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutē: et ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.
Exaudi deus deprecationē meā: intende oratī mee. A finibus terre ad te clamavi: dū anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarū tuarū. Quoniam tu deus meus exaudisti oratōnē meā. dedisti hēditatē timentibus nomen tuū.